

N. M. II, 53.

h. 7, 22.

X 1876141

II A  
1854

DISPUTATIO INAUGURALIS  
De  
IMPERII CIRCULIS  
EORUMQ; CONVENTI-  
BUS ET OFFICIO, QUOD  
VOCANT, DIRECTORIO,

VULGÒ

Dem Krenß-Ausschreibenden Fürsten Amt.

QUAM

PRÆSIDENTE DIVINO NUMINE

Decreto & Auctoritate

MAGNIFICI ET NOBILISSIMI FCTO-  
RUM SENATUS,

IN INCLITA UNIVERSITATE ALTDORFFINA

PRO

LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET PRI-  
VILEGIA DOCTORALIA RITE AC LEGITIME

CONSEQUENDI

Solenniter disquirendam proponit

JOH. JOACHIMUS SUNGER/  
RATISBON.

ad d. 28. Jun. Hor. locoq; solitis  
A. O. R. clō Ioc. LXX.

---

ALTDORFF

Typis Johannis Henrici Schönerstedt.





B. L. S.

**C**Um materiam quandam Disputationi  
 Inaugurali convenientem eligere mecum  
 constituisssem, vagatus per Furis nostri  
 campos latissimos pendebam animi, quam ma-  
 teriam inter alias precipuam ad tractandum  
 arriperem, in harum igitur copia optio admo-  
 dum fuit difficilis, aliam quippe commendabat  
 utilitas, aliam raritas. Opportuno tandem con-  
 silio factum ut presens susciperetur materia.  
 Cum vero non solum ea que foro, sed etiam que  
 Reip. conducant, tractanda sint; mihi quoque vi-  
 tium versum iri non spero, quod Jurispublici potius  
 quam privati elegerim materiam; scitu quippe  
 non minus necessariam quam utilem. Ipsa enim  
 sese ostendit nec verbosa eget commendatione,  
 quanquam laboriosa non careat difficultate, dis-  
 persa siquidem per omnes fere Constitutionum  
 Imperii locos, ut labore Herculeo opus esse existi-  
 mes. Quod tamen non dico, ac si mihi animus  
 viresque essent, hanc materiam accuratè & plenè



Etare, vel ut laureolam in mustaceo quærerem,  
 non enim u'la ingenii ostentatio [ à qua semper  
 naturâ sui alienus ] sed rei potius dignitas consili-  
 umq; me titubantem erexere ut ex amplissimis  
 hujus materie latifundiis quedam collegerim.  
 Quæ si probè & judicio à me facta fuerint, ne-  
 mo damnabit, sin aliter, cordatos viros veniam  
 quoq; mihi utpotè humani quid passo daturos cõ-  
 fido; sed utrum horum sit, res ipsa docebit, quam  
 ordior præmisso voto Lipsiano, quo scriptionem  
 Doctrinæ Politicæ aggreditur: Tu mihi Dux  
 Magne DEUS; & manum hanc mentemq;  
 dirige, ut salutaria videam, dijudi-  
 cem, promam!



DIRE-



# DIRECTRICE DIVINA VIRTUTE!

## THES. I.



Imperium Romano-Germanicum duplicem hodie sustinet divisionem, Personarum & rerum. Illa cujusque Status Imperii conditionem & gradum dignitatis respicit; Hæc Provincias ipsas & territoria per certas Imperii plagas determinat.

II. Quoad rationem Personarum, Status Imperii dividuntur vulgò in tres classes, quarum 1. Electorum est tam Ecclesiasticorum quàm secularium. 2. Principum itidem Ecclesiasticorum & secularium. 3. Civitatum Imperialium. *Reink. de Reg. sec. & Eccles. lib. 1. cl. 4. cap. 3. n. 1. & 2.* Ab aliis tamen distinctius in septem distribuuntur, uti à *Limnao de J. P. lib. 1. c. 7. n. 49. & Myler. de Princip. & Stat. Imp. c. 12.*

III. In prima collocantur Electores Ecclesiastici & Politici. In 2. Archi-Episcopi. In 3. Episcopi. In 4. Principes Politici. In 5. Prælati & Abbatissæ. 6. Classem faciunt Comites & Barones. 7. Deniq; & ultimam Civitates Imperiales. Quorum singulorum nomina, munia item & jura recensere longum, nec mei foret instituti.

IV. Ad realem potius divisionem accessum facio, qua Imperium Romano-Germanicum ratione Provinciarum & Territoriorum in decem distinguitur Circulos,

A

qui

qui singuli à Principibus diriguntur, de quorum officiis & juribus tractationem hujus loci propriam pro tenuitate virium ingenii institui.

V. Divisum est verò Imperium Romano-Germanicum communi Procerum consensu, primùm Augustæ Vindelicorum in Comitibus, anno 1500. Imperatore gloriosissimo Maximiliano hujus nominis Primo, à quo sex duntaxat Circuli tunc constituti: videlicet Franconicus, Bavaricus, Suevicus, Rhenanus, Westphalico-Belgicus usque ad Mosam, & Saxonicus, *Ordnung des Regiments zu Augspurg/de anno 1500. sub tit. Wie sechs Rätthe aus den sechs Craysen/2c.* Sed ab eodem Imperatore & Imperii Statibus, postea anno 1512. prioribus sex illis, quatuor fuerunt superadditi & decem constituti *Reichs-Abschied zu Trier und Cölln de an. 1512. §. Darauf haben wir same den Ständen zehen Circel geordnet/2c.* 11. Decem verò illi Circuli hi sunt. [1.] Circulus Austriacus. [2.] Burgundicus. [3.] Rhenanus inferior, qui etiam dicitur Electorius. [4.] Saxonicus superior. [5.] Franconicus [6.] Bavaricus [7.] Suevicus. [8.] Rhenanus superior. [9.] Westphalicus. [10.] Saxonicus inferior. Hanc Circulorum distributionem postmodum Imperator Carolus V. repetiit in Comitibus Norimbergen- sibus, Statusq; singulos in certos redegit Circulos, quorum descriptionem videre licet in *Erklärung des Landfriedens zu Nürnberg/de anno 1522. tit. hernach folgen die zehen Crays / 2c. 2.* quo me remississe sufficiat.

VI. Exinde facilè patescit, quid sit Circulus, magna nimirum Regio Provinciarum, ex diversis constans vicinis ditionibus, sub se plures Status & Imperii Ordines comprehendens. *Speidel. in specul. observ. voc. Crays.* Quarum distributioni procul dubio ansam dedit illa post tempora Friderici II. Imperatoris invecata in Rempublicam.

Anar-



Anarchia, & totius Imperii compagis dissolutio, quam articulis suis restituendam meritò duxit Maximilianus, ut collapsa tam inter Cives, quàm inter exteros Reipublicæ authoritas erigeretur, sanctitas legum Imperii custodiretur, latæ sententiæ executioni demandarentur, & ut uno omnia comprehendam, pax & tranquillitas publica, quæ suprema lex esse debet, contra quasvis hostium violentias inconcussa quiesceret.

VII. Enumeratâ Provinciarum distributione sub suis Circulis comprehensarum superincidit quæstio, quò Regnum Bohemiæ sit referendum, num illud juxta mentem Goldasti, *lib. 1. c. 2. de Regn. Bohem.* per se, & sic undecimum efficiat Circulum, vel uni ex decem Circulis assignetur? & ac respondetur, quod regnum istud, licet feudum Imperii sit, nullo tamen contineatur Circulo, nec per se Circulum constituat, cum Rex illius neque ad Comitia ordinaria vocetur, neque sessionem & votum in illis habeat. *Auth. Der Grundfest sect. II. cap. 4.*

VIII. Quid autem de Duce Sabaudia dicendum? Cum ille sit Imperii Princeps & Vasallus *Rec. Imp. de an. 1541. §. Nachdem aber in dem/re. 6. & Rec. Imp. de anno 1544. in proæm. ibi: Unsern Fürsten und Glied des heilig. Reichs/re. Sessionem etiam ac Votum in Comitibus habeat, uti ex subscriptione Recessuum, imprimis novissimi liquet, annon & ille aliquo comprehendatur Circulo? & pariter respondetur, illum nulli subjacere, sed inter cæteros Italicos Imperii Vasallos numerari. Mylerus in *addit. ad Rumel. in A. B. p. 2. diff. 3. th. 27.**

IX. Majus oritur dubium an Liber Equestri Ordo in Franconia, Suevia & ad tractum Rheni, Statibus Circularum



lorum Franconici, Suevici & Rhenani ascribatur, an ve-  
 rò nullam cum iis faciat partem? Quod prius videretur  
 affirmandum *per art. 2. der Erklärung des Landfriedens*  
 de anno 1522. Ubi locus *Hegau* dictus, in classe Equitum  
 Sueviæ, Circulo annumeratur Suevico. Quin imò clarius  
 extat in *Rec. Dep. de anno 1564. §. Wir wollen auch auf*  
*uns fürbracht bedenecken/20. 32. Ibi: Auch in diese die Baners*  
*ben und andere von der Ritterschafft und dem Adel / welche*  
*unter den Crantz- und Reichs- Ständen mit begriffen sind /*  
*miteinziehen. Ubi Nobiles quidam inter Circulos Im-*  
*perii referuntur. Verùm enim verò hanc sententiam*  
*infirmo admodum inniti fundamento patet ex testimo-*  
*nio Der Churfürsten / Fürsten und gemeinen Ständen des*  
*Reichs in Ihrer Antwort im Religions- Frieden / der Röm.*  
*Königl. Majest. den 6. Septemb. Anno 1555. übergeben/ibi:*  
*Was aber die Freye vom Adel / oder die Ritterschafft dem*  
*Reich ohne Mittel und sonst keinem höhern Stand unters*  
*worffen / die keine Stimm und Session im Reichs- Rath ha-*  
*ben auch in Anschlägen nicht begriffen anlange/20. Cui ac-*  
*cedit ipsorummet Nobilium immediatorum confessio*  
*facta in literis, quas Anno 1619. 11. Novembris, Noribergæ*  
*correspondentibus Statibus exhibuerunt, ibi: Weiln die*  
*Reichsgefreyte Ritterschafft als ein sonderbahr doch des*  
*Röm. Käyserl. Majest. und dem Heil. Reich so wohl als die*  
*Reichs- Städte / ohne Mittel zugethane Corpus in die*  
*Reichs- und Crantz- Matricul, auch dero Anschläge nicht be-*  
*griffen und auf die Reichs- Deputation, und Crantz- Convent,*  
*nicht beschriben zu werden pflegen. Et quamvis in nup-*  
*eris motibus Turcicis cum militia Imperii Circularis Hun-*  
*gariæ nutanti suppetias latum ivisset, Nobilitas Franco-*  
*nica ab Imperatore & Statibus ad ferenda charitativa, ut*  
*vocant, subsidia requisita, armata quoque manu adfuerit,*  
 illam



illamque signis Franconicis adjunxerit, non factum id autem ad evincendam realem inde subjectionem, ac si præcisè isti Circulo adstricti essent, sed quò milites illorum cum Legione Franconica ex pluribus centuriis constante, sic conjuncti, faciliores essent ad Imperium unius Ducis & ad illius nutum sine tumultu responderent.

X. Redeo nunc velut è diverticulo in viam, cui immotus insistam, dicturus, quæ unicuique Circulo in sua Regione sint demandata, Cura nempe & defensio pacis publicæ. 2. Executio justitiæ. 3. Contributionum sive matriculæ moderatio, licet hæc tractatio per se aliàs magis ad universalia Comitata pertinere videatur 4. Cura monetæ publicæ. 5. Inquisitio de Vestigalibus. Hæc principaliora Circulis singulis demandata sunt cum suis annexis, quibus addo negotia cujusque Circuli singularia, concernentia Constitutiones, vulgò *Cransche Verfassungen* ad Conservationem Pacis religiosæ & publicæ ejusq; executionem spectantes.

XI. Et ut hæc omnia eò melius & modo peragantur debito, institui solent conventus Circulares, vulgò *Cransche Sätze* / quod jus ab Impp. legimus concessum, præprimis in Capit. moderni Augustissimi Imperatoris art. 6. Ubi Statibus Circularibus, quando cuq; necessitas postulaverit, vel publica suaerit utilitas, permissum est conventus agere; potestas autem edicendi conventus est in unoquoq; Circulo aut penes unum, uti olim fuisse videtur R. I. de Ann. 1544. §. damit nun diesen Puncten. 13. & Rec. Imp. de An. 1551. §. Und sollen derowegen. 40. Aut penes duos Principes, ut hodie in plerisque Circulis R. I. de An. 1566. §. Und sollen. 165. Alterum scilicet Ecclesiastici, alterum Politici Ordinis, *Limn. in addit. ad lib. 9. c. 1. n. 242.* qui vocantur Directores, vulgò *die Cransche ausschreibende Fürsten* /

unde emanat terminus: Directorium & Condirectorium Circuli, vulgò das Aus- und Mit- ausschreib- Amt. *Instr. P. art. 10. §. In Circulo 10.* Quod illis competit aut jure aut consuetudine, prout Recessus Imp. innuit de Anno 1544. §. Damit nun diesen Puncten. 13. Ibi: Ein jeder Crayß Fürst/ dem solches zu thun von Rechts oder Gewonheit wegen gebühret/ &c.

XII. Tales sunt in Circulo Rhenano superiori Episcopus Wormatiensis & Landgravius Hasso- Darmstadinus, in Rhenano Inferiori vel Electorali, Elector Moguntinus, quando autem executio facienda est contra Coelectores vel Constatus, compertum est, illam non semper Moguntino demandari, sed reliquis quoque Electoribus, puta, hujus Circuli, per mandata Cameralia injungi. In Circulo præterea Westphalico dirigunt Episcopus Monasteriensis & Dux Juliacensis. In Circulo superiori Saxonico Elector Saxoniae. In Saxonico inferiori Directorium tenent Archi- Episcopus Magdeburgensis, & Dux Bremensis, sed alternando, salvo insuper Ducum Brunovicensium & Lüneburgensium Condirectorii jure. *Instr. Pac. Cesar. Succ. art. X. §. In Circulo 10.* In Bavarico, sunt Archi- Episcopus Salisburgensis, & Dux Bavariae. In Franconico, Episcopus Bambergensis & Marchio- Brandenburgico Culmbacensis. In Suevico Directorum officio funguntur Episcopus Constantiensis & Dux Würtembergicus. In Circulo Austriaco & Burgundico, Directores sunt Archidux Austriae, qui hodiè est Imperator, & Dux Burgundiae, id est Rex Hispaniae. *Burgold. ad Instr. Pac. part. 3. discurs. 7. membr. 1.*

XIII. Dixi supra, quòd Directorium competat Principibus aut jure aut consuetudine, juxta *d. Rec. de ann. 1544. §. Damit nun diesem 26. 13.* Exinde colligere licet, post institu-

stitutionem Circulorum nemini negotium dirigendi, convocandi & denunciandi conventus, præ cæteris ejusdem Circuli membris lege Imperii specialiter fuisse commissum, sed Principes, qui tunc temporis majori dignitate & potentia pollebant, hanc potestatem fortè ab Imperatore literis demandatam sive etiam proprio motu opportunè arreptam, reiteratis aliquot actibus exercuisse, quod postea in jus trahi coeptum. Neq; adeò vanam hanc dices sententiam suffultam quippe ipsis R. I. txx. qui in hoc passu diversis in locis diversimodè loquuntur, Recessus quippe Imp. de An. 1548. §. Dieweil aber daneben/2c. 78. solùm dicit denen so die Crayß zu beschreiben haben/ nec addit unde hoc habeant. R. I. de A. 1544. §. damit nun diesen Puncten/2c. 13. habetur: Ein jeder Crayß Fürst/ dem solches zu thun von Rechts/oder Gewonheit wegen gebühret. R. deniq; I. de An. 1551. §. 40. Und sollen derowegen die zehen des Heil. Reichs Crayß Fürsten/ so das Ausschreiben der Crayß Räte im Brauch haben/2c. solius usus vel consuetudinis mentionem facit. Certè ex his certa legis decisio erui non potest, hinc factum, ut hac de re variæ inter Principes concertationes orirentur, quibus sequenti remedio provisum, per. text. Rec. Imp. de an. 1566. §. 137. Und damit in diesem Werck der Beschreibung der Crayß halben kein ferner Verhinderung fürfalle / so seind die Fürsten/so derentwegen strittig / dermassen verglichen / daß solch Ausschreiben ohnabbrüchig eines jeden Gerechtigkeit sein gewissen Fortgang in bestimmter Zeit gewinnen soll / *Limn. loc. cit.*

XIV. Super hoc puncto ante seculum & quod excurrit acriter concertârunt in Circulo Franconico Georgius Episcopus Bambergensis, & Georgius Fridericus Marchio-Brandenburgensis, quorum ille tam Ecclesiasticos quam seculares Circuli Status sibi soli, utpote primum locum in  
Circu-

Circulo tenenti, Marchioni verò jus convocandi seculari-  
restantem, si scilicet soli convenire debeant, competere  
asseruit. Hic contra sibi utroque casu secularium Statu-  
um convectionem vindicavit. Lite hinc inde acta tan-  
dem in Comitibus Augustanis, An. 1559. 11. Aug. ad compo-  
sitionem deventum fuit, qua cautum, ut futuris tempori-  
bus & in perpetuum uterque Episcopus scil. & Marchio  
Brandenburgensis conjuncta opera & indivisim hoc con-  
vocandi munus exercerent, quod etiam hucusque obser-  
vatum.

XV. Post illam verò transactionem Episcopus novam  
fecit Marchioni controversiam super conceptione litera-  
rum evocatoriarum, contendens, Marchioni quidem so-  
lam illarum subscriptionem concessam, ac non conce-  
ptionem; hanc enim sibi soli fuisse relictam. Ultro citroq;  
disputatum fuit, præprimis An. 1606. & 1610. Ubi Episco-  
pus Bambergensis ad Transactionis articulum provoca-  
vit, quo continetur, daß Bamberg die Begreiffung der Abs-  
chied und Cansley allein zustehẽ solle. Ex hoc conclusit, daß  
die Verfassung und Aufsertigung des Ausschreibens / als das  
wenigste / unter dem Wort der Cansley auch begriffen; A-  
partibus autem Marchionis oppositum: In dem Vertrag  
de An. 1559. sey klärlich zu finden / daß Bamberg und Brans-  
denburg das Beschreiben und Erfordern der Stände im  
Fränckischen Crantz sämlich und miteinander haben / dar-  
aus zu schliessen / daß das Ausschreiben nicht nur in der Bame-  
berg. Cansley allein ihres Gefallens concipirt un stracks un-  
gehört Brandenburg originaliter verfertiget / sondern billich  
zuvor auch ad revidendum zu der Brandenburg. Cansley  
übersandt / allda desselben approbation erhohlet / und sich als  
so eines richtigen Ausschreibens und der Puncten / Ort und  
Zeit der Zusammenkunft wegen insgesamt verglichen wer-  
den

den solle; In Verbleibung dessen/wurde dieses absurdum er-  
folgen/das Brandenburg kein ausschreibender / sondern als  
lein ein unterschreibender Fürst seyn muste. *Vid. Limn. in ad-  
dit. ad Jus publ. lib. 1. c. 7. n. 32. l. 5. c. 7. n. 147. & lib. 9. c. 1.  
n. 242.*

XVI. De ipsis Circulorum conventibus nunc dicen-  
dum est, quos institui posse, quodocunque è re Imperii.  
Statibus visum fuerit, antea asserui; Controversia autem  
oritur, num Statibus irrequisita Imp. licentia convenire  
liceat? Disputatum fuit in Conventu Circuli Franconici,  
Norimbergæ, an. 1610. mense Jul. & Aug. habito, propo-  
situmque à Commissariis Imperatoris ejusque nomine,  
neutiquam posse à Statibus Circularibus in scio Imperato-  
re conventus institui, und obwohln Ihr: Majest. die Crånß.  
Convocationes nicht zu hindern begehrten / seye es doch her-  
kommen / und müsse man Ihrer Majest. solches zu dem Ende  
notificiren / auf den Fall sie was bey den Crånßen zu erinern /  
das sie Commissarien verordnen / und die Nothdurfft mit  
gutem Rath bedencken helffen mögen. Huic autem pro-  
positioni à Statibus contradictum fuit, & in rei memoriam  
Recessui illius Conventus de dato 4. 14. August dicti anni  
seqq. inserta formalia: Fürs ander / demnach etlicher vor-  
nehmer Ständ Gesandten / so wohl das hievor wegen dieses  
Crånß. Tags prorogation einkommene Kånserl. Schreis-  
ben / als auch iewige Kånserl. proposition dahin ansehen  
wollen / als solten die Kånserl. Majest. die Convocationes  
Circulares dahin restringiren wollen / das solche ohne  
Vorwissen und Willen Ihrer Majest. nicht sollen anges-  
setlet / auch ohne Beyordnung jedesmals Seiner Majest.  
sonderbahren Commissarien gehalten / und wann schon mo-  
ræ periculum mit unterlauffe / dannoch unter sechs Wochen  
nicht der termin benannt werden solle / und dafür gehalten /  
B dieses

Dieses möchte/da es ungeahndet gelassen / nicht allein diesen  
 Crantz/ sondern auch andern zu præjudicirlicher sequel ges-  
 langen/ so ist durch die mehrere beschlossen worden/ man solle  
 durch den Ausschuß die Herren Commissarien dessen erin-  
 nern und dieselben ersuchen / daß sie es bey der Röm. Kayf.  
 Majest. in Ihrer Relation allerunterthänigst dahin wollen  
 ingedenck seyn/ damit dieser Löbl. Crantz dieser Neuerung  
 möchte geübriget/ auch bey den Crantz/ Verfassungen und  
 bekantten Herkommen gelassen werden ; quæ protestatio  
 non solùm à Deputatis Circuli coram Commissariis Im-  
 peratoris oretenus facta, verùm etiam in scripto insinuata  
 fuit. *Limn. in addit. ad J. Publ. l. 9. c. 1. n. 242.* Asserendum  
 hoc videtur, salva tamen Cæsareæ Majestatis autoritate,  
 quoniam scilicet hæc libertas agendi conventus ab anti-  
 qua dependet Imperii consuetudine, cui utpote firmiter  
 in memorata protestatione etiam Status sunt innixi. Al-  
 terum assertionis meæ fundamentum est in supra allega-  
 ta Capitulatione moderni Augustissimi Imperatoris, art.  
 6. ubi verba extant clarissima: Soll auch den andern Reichs-  
 und Crantz/ Ständen unverwehrt seyn / so efft es die Noth  
 und Ihr interesse erfordert / circulariter und collegialiter  
 ungehindert männigliches zusammen zu kommen und dero  
 Angelegenheiten zubeobachten/ &c. quæ verba inducunt jus  
 faciendi actum sua natura, spontè & absque autoritate  
 superioris, quicquid ergo jure libertatis fit, alterius con-  
 sensum non requirit, ac frustra impetratur, quod jure con-  
 ceditur. Hoc verò de particularibus Circuli aut trium,  
 vel quinque Conventibus dictum velim : In generali-  
 bus enim, ubi omnes Circuli conveniunt, quod non nisi  
 in casu maximæ necessitatis negotiiq̃ue gravitatis fieri so-  
 let, sive etiam, cùm aliquid ab omnibus Imperii Statibus  
 deliberandum decernitur, affirmare non ausim, obstante

ex. R.



tx. R. I. de anno 1603. §. 52. Darauf wir alsdann mit Seiner Liebden (Chur Mainz) verfügen wollen / daß sie einen gewissen Tag allen zehen Craysen / zu forderst den sämtlichen Churfürsten des H. Röm. Reichs angelegene Ort und Wahlstatt ausschreiben / darzu wir unsere Käyserl. Commissarios auch verordnen / und die Nothdurfft proponiren lassen wollen.

XVII. In præcedenti thesi dictum est, conventus esse generales vel particulares. Generales sunt quando omnes conveniunt Circuli; particulares, quando tres tantum vel quinque. Generales indicuntur ab Electore Moguntino Imperii Archi-Cancellario. d. R. I. de anno 1603. §. Worauf wir/2c. & quidem varias ob causas, inter quas una est: Si generalis per omnes Imperii plagas de negotio aliquo sit constitutio decernenda, de qua dict. §. Worauf wir/2c. 52. Particulares, quando motibus belli ingruentibus in unius Status vel plurius territorij illius Circuli Dux & Adjuncti ob proprias Circuli vires tumultibus reprimendis impares, duos contiguos Circulos, vel si plurium auxilio opus esse duxerint, duos insuper alios prioribus vicinos evocant, cumque illis, quomodo se ac sua tueantur commue capiunt consilium, prout R. I. de anno 1555. clarè differit, de trium nempe conventu §. Im Fall aber/2c. de quinque autem. §. Wo nun dieser/2c. disponit.

XIIX. Devenio nunc ad conventus unius tantum Circuli, qui pariter vel generales sunt, vel particulares. Generales appello, cum omnes & singuli Circuli Status, particulares autem, ubi aliqui saltem conveniunt. Priorem conventum vocant Einen gesamten oder ganzen Crayß / Tag / posteriorem verò einen engern Crayß / Convent, cui plerumque primario Directores, die zween Crayß / Ausschreibende Fürsten / duo alii Principes

cipes, duo ex Prælatorum, si qui in isto Circulo concineantur, duo item ex Comitum, ac duo ex Civitatum ordine interesse solent.

XIX. Negotia de quibus in Conventibus deliberatur, sunt itidem in duplici differentia: Ordinaria scilicet & extraordinaria. Illa pacis publicæ conservationem, mandatorum & Constitutionum Imperialium executionem, rei que monetariæ curam concernunt, & in conventibus Circuli generalibus maximè tractantur; Hæc præsentem respiciunt Circuli necessitatē, scilicet quando executio contra contumaces est facienda, sive aliàs negotii gravitas celerè exposcit expeditionem, nec moram patitur, de his omnibus in particularibus agitur Conventibus, licet huic modo conveniendi, qui consideratis considerandis circumstantiis à Circulorum Directoribus instituitur, quidam Status contradixerint, urgentes, quæ omnes concernunt, ab omnibus tractari debere, quod etiam hodiè restrictum, non enim nisi causa publica & necessaria suadente particulares conventus sed generales potius institui debent, ut quilibet Status de interesse suo sibi prospicere & hinc votum suum proferre possit. *Speidel. in d. voc. Crayß.*

XX. Quòd ad modum & formam conventuum Circularium attinet, res ita se habet: Directores ad Circuli Status literas convocationis dirigunt, in iis que non solum terminum & locum, sed etiam regulariter causam, propter quam conveniendum, exponunt, & Status, ut aut ipsi veniant, aut Legatos suos ad consultandum & concludendum eò mittant amicè vel clementer hortantur. Terminus à tempore denunciationis usque ad conventus, initium sex septimanarum plerumque præfigi solitus, quo Status Legatos suos instruere possint, quamvis utilitate & necessitate urgente sæpe aliud fuerit observatum, quan-



quandoque enim terminum contractum, quandoque prorogatum fuisse compertum est. Ut si tacente lege, tempus videatur arbitrarium *arg. l. 1. §. 2. ff. de jur. delib.* atque sic etiam locus conveniendi positus est in arbitrio Directorum, quod tamen commoditatis rationem aliquam habere solet; Hinc plerumque Imperialis aut Principi subiecta Civitas deligitur. Tempus intra præfixum præmittitur à Statibus convocatis de liberatio, quid in conventu agendum sit & consultandum, Legati etiam an in rebus grandioris momenti ad Principales prius remittendum, an verò concludendum sit, scriptis instruuntur, & unà mandato, quo personam suam coram Directorio legitimare & Consultationibus interesse possint. *Limn. l. cit.*

XXI. Ubi ad locum conventui destinatum Legatus venit, Directorio adventum suum significari curat, & simul, si ita visum, mandatum exhibet, quo probat se jussu & nomine ejus, cujus vices sustinere paratus advenisse. Post hæc ad consultationes paratur initium, convocando Status & absentium mandatarios, qui in uno conclavi, ubi Senatus haberi debet, conveniunt: Ibi Directores aut eorum nomine Legati ad præsentem præliminarem quandam orationem habent, quibus Status Curialia, ut vocant, contra reponunt, quæ potissimum in laudatione curæ & vigilantia Directorum, salutis & voti apprecatione consistunt, mandata etiam exhibent, si scilicet nondum id antea factum, quibus se ad Sessionem legitimant & Votum; sequitur à Directorio propositio, quæ exponuntur ea, super quibus sit consultandum: Succedit Votorum exquisitio, vulgò die *Umfrage* / quæ uno tantum verbo fit, vel duobus, nomen Status, cujus votum dici debet exprimentibus, ita quidem, ut in duobus illis scamnis, Ecclesiastico, à quo aliàs fit initium votandi, & seculari, alternativa procedat

votorum provocatio; Ultimo loco Directorium suum addit Votum, quamvis secundum Wehnerum in voce *Cranß. Tag* / in aliquibus Circulis aliud usu obtineat, nimirum Directorio primo loco votum proferente. Notandum etiam est in Conventibus Circulorum singulos Comites & Barones singula habere Vota, & in hoc discrepare à jure Votorum in Comitibus Imperii, ubi scilicet Comitibus non ut singulis, sed in quatuor classes divisus, quatuor tantum vota competunt curiata, *Auth. der Grundveste Sect. II. c. 5.*

XXII. Collectione votorum, in hunc modum facta Directores singulis votis bene trutinatis ex pluribus vel majoribus [ si ea sit negotii qualitas in qua pluralitas locum habeat ] conclusum formant, idque coram Statibus eorumque Abligatis prælegunt, eo fine, ut si quid monendum vel in melius reformandum videatur, ad eorum placitum fieri possit.

XXIII. Dixi per majora concludi; Idem & in aliis Imperii negotiis obtinere, apertissimi juris est, & cxx. Imperii Constit. testantur. R. I. de An. 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten / etc. 7. Ibi: Und was dieselben so erschienen seind / oder der mehrere Theil aus ihnen auf die Pflicht derschulden aufgericht / obberührter massen endlich berathschlagen und beschliessen werden / dem soll von allen Ständen gefolgt / nachkommen und vollstreckt werden ohn alle Widerred und Weigerung / etc. Quæ constitutio juvatur quoque dispositione juris Civilis in l. 19. ff. ad municip. & l. pen C. de legation. Ubi id quod majoris partis probaverit ad sensus solenni firmatur auctoritate; nec absona sunt jura Canonica, in quibus regulariter prævalent ea, quæ à majori parti fiunt. etc. *de his, quæ fiunt à maj. part. capit.* Hujus rei præter auctoritatem juris constituti rationes non desunt, cum  

enim

enim naturalis hominum ad dissentiendum sic facilitas, *L. 17. §. 6. ff. de recept. arbitr.* nulla res exitum sortiretur, si ponderanda non numeranda essent vota, & si saniora minoris partis vota majoribus præponderare debere censeremus, non immeritò disquirendum erit, quæ saniora dici mereantur, quippe omnes suam opinionem sanio-rem existimarent, unde quod rebus arduis periculosissimum foret, inter ipsos Imperii Proceres acerrimæ orirentur controversiæ, quæ vota pro sanioribus sint habenda, & eveniret illud, quod Martialis ait: Qui valet ingenio, cedere rarus erit. Et sic discutiendo votorum pondere, salus publica maximum caperet detrimentum, & causæ ad deliberandum propositæ indecisæ manerent. Denique pro majori parte militat illa vetustissima lex: Quod major pars sciverit, ratum esto, nec non mos plurimarum gentium, quæ semper consulta majoribus commiserunt votis; Ita & olim summus Imperii Senatus, qui tum temporis ex Commissario Cælareo, Electoribus, Principibus aliisque Imperii Statibus constabat, & Regimentum vocabatur, vulgò das Reichs-Regiment/ majoris partis observabat suffragia, uti liquet ex *Ordin. Regim. de An. 1521. §. Wurde sich auch begeben/ re. 12.* Ibi: Und dem / so durch den mehrern Theil beschlessen wird / Folge thun. Hunc stylum in Conventibus quoq; Circularibus attendi debere sanxerunt Constitutiones Imperii: *Erklärung des Landfriedens de An. 1522. tit. 3.* Ibi: Und wie sie alle oder der mehrer Theil unter Ihnen beschliessen/ *re. R. I. de An. 1555. §. Und damit die Obersten 69. & novissimè R. I. de An. 1654. §. 183.* In Crantz-Handlungen sollen über die in der Executions Ordnung enthaltene und dahin gehörige Verfassungssachen jederzeit die majora Statt haben / und die mindere Stimmen denen mehrern nachzugeben verbunden seyn.

XXIV. Ab hac tamen regula causæ Religionis, & alia omnia negotia, ubi Status, tanquam unum corpus nequeunt considerari, ut & Catholicis & Augustanæ Confessionis Statibus in duas partes euntibus, excipiuntur *Instr. Pac. art. V. §. 51.* Quæ controversia non heri vel hodie inter Status acta, sed jam An. 1608. & 1613. summa contentione ventilata fuit quæstio: Quando & in quibus negotiis majoritas locum habere debeat, & propugnârunt Catholici, in omnibus generaliter pluralitatem votorum attendi debere, sed opposuerunt Protestantes, non semper majoribus sed & sanioribus prærogativam dandam, neq; se pluralitatem votorum planè rejicere, modò ea sanis insistant principiis & ab omnibus libera sit affectibus. *Mylerus in addit. ad Rumelin. in A. B. p. 2. dissert. 3. th. 20.* Propterea decisum, ut in prædictis negotiis, ubi Status non ut omnes, sed ut singuli considerari possunt, minimè attendatur votorum pluralitas, sed sola amicabilis compositio lites dirimat. *Instr. Pac. d. §.*

XXV. Quæritur, quid obtineat in materia collectarum? Nondum illud in *Instr. P.* decisum, sed in *seqq. Comitibus An. quippe 1653. & 54. rejectum.* In illis Comitibus mota & quidem in principio fuit hæc quæstio, attamen minimè promota, in dem das def: fals mit dem Kånser einstimmige Churfürstl. Collegium, sich weder mit denen in Fürstent: Rath Catholischer Seiten (welche zwar der affirmativæ beygepflichtet / jedoch mit dem Beding / daß vor allen Dingen ein billigmässiger gleicher Fuß der gemeinen Reichs Anlagen zu machen und darauf die matricul zu reduciren) noch mit denen Evangelischen in ihrer beständig: behaupten Distinction inter collectas necessarias & voluntarias vergleichen / vielweniger zugeben wollen / daß deren absonderliche Meynung dem Reichs: Bedencken an die Kånserliche Mar: st. einvere

einverleibt werden sollte/worüber diese quæstion gänzlich er-  
sitzend und unerledigt blieben / uti memorat Author der  
Grundveste des Heil. Röm. Reichs p. 286. & seq.

XXVI. Hactenus de votis, restat, ut de Recessu dicam,  
qui quid in Conventu actitatum sit, exponit, solet etiam,  
quandoque certas ob causas præter Recessum, qui princi-  
palis dici potest, alius minus principalis confici, qui voca-  
tur ein Neben-Abschied / quorum confectio Directoribus  
incumbit. Redactus in scripturam Recessus in Senatu  
coram Statibus publicatur, & tandem firmatur subscri-  
ptione & sigillatione *Limn. in addit. J. P. ad lib. 9. cap. 1. n. 242.*

XXVII. Hæc dicta sint de modo & forma conventus  
unius Circuli; In illis verò ubi tres, quinque vel omnes  
conveniunt, quod non nisi urgente fit necessitate, aliter se-  
res habet; in trium quippe vel quinque Circulorum con-  
ventu is, qui ceteros evocavit, præsidet, agenda proponit,  
sententias rogat, & suam ultimò subjungit, de qua re *d. J.*  
*Als dann ferner die Nothdurfft / r. de anno 1555. disponit.*  
Casu autem, quo omnes evocantur Circuli, convocandi  
munus & dirigendi competit Electori Moguntino, ut Im-  
perii Archi Cancellario *d. J. Worauf wir / r. 52. R. I. de*  
*Anno 1603.*

XXIX. Quis ordo autem sedendi in generalibus ejus-  
modi Conventibus sit tenendus non immeritò quæritur?  
An is, qui in generalibus Imperii Comitibus in usu est, an  
verò ordinis Circulorum ratio habeatur? Non sine in-  
genti animorum exacerbatione & gravissima rerum  
tractandarum jactura disputatum fuit super hac gravi  
causa utpote Statum publicum concernente, nihil au-  
tem penitus decisum, omnibus jura sua acriter pro-  
pugnantibus, usque dum ad suspendendas omnes  
concertationes, Imperatori & Statibus placuit, *dic weil*  
C die

die Handlungen ( so auch der Crayß-Zusammenkunfft das  
mahls vorzunehmen ) Das ganze Reich und Vergleichs  
ung des gemeinen Anschlags betreffen und also von Churz  
Fürsten/ Fürsten und allen Ständen herflössen / Sie alle bes  
langet / und nicht eines einzigen Crayßhandlung sey / daß  
demnach der Crayß-Verordnete und die erscheinende Pers  
sonē Ihre Sessionen nach dem Gebrauch in des Reichs-Ver  
samlung herbracht / nehmen/und ein Jeder die Session, die  
derselbe Stand in gemeiner Reichs- Versammlung hat / auf  
solchen Tag auch haben soll. Und ob einige Irrung zwischen  
etlichen Ständen der Session halben wäre / so soll doch die  
Session, wie die gehalten wird/ keinem Theil an seinen Rechts  
ten nachtheilig seyn/ dergleichen den Crayßen an Ihrer her  
gebrachten Session auch keinen Nachtheil oder Vortheil ges  
behren. R. I. de anno 1544. §. Und nachdem in solcher Vers  
samlung/2c. 24. Quæ cautio etiam reiterata fuit in Receptis.  
Imp. de anno 1551. §. Und ob einige Irrung/2c. 65. *Limn. l.*  
*c. n. 238.* Gravem verò hæ concertationes rebus tractan  
dis objecere remoram querente R. I. de anno 1603. §. Der  
in dem heil. Reich/2c. 166. ibi: Von wegen Mißhelligkeit des  
Sessions- Streit/wird jezeweilen des Reichs Gemeine oblies  
gen / und vorkommende Nothdurfft zuruck gehalten / auch uns  
gleiche Affection dahero verursacht. Hinc moti Impera  
tor & Imperii Proceres specialem de his controversiis  
sopiendis fecere provisionem, ut scil. harum aliar per viam  
amicabilis compositionis transigerentur, aliar conventio  
narium Austregarum iudicio relinquerentur, procedendo  
scil. ad causæ conclusionem cognitionemque deinde Cæ  
saris expectando R. I. de anno 1570. §. Damit nun diesen  
Sachen/161. In cæteris, quarum utpote cognitio iudicio  
Austregarum nondum commissa coram Tribunali Au  
ico Cæsareo querela proponeretur, causæque merita de  
dedu-

ducerentur, sententia Cæsaris suo robore duratura, d. R. I. §. Den andern aber/re. 162. Salvâ interea unicuique sua vel quasi possessione. d. R. §. Aber immittelst/re. 164. Præterea extra strepitum iudicii vel consensu partium, vel ex Imperatoris & Ordinum sententia aliud quæsiere remedium, quod alternationis dicitur, vulgò das **Umswechseln** / qualem decretam inter utramque lineam Badenensem inferioris scil. & superioris Marchionatus Badensis, camque in Comitibus & Circuli Suevici aliisque Universalibus vel particularibus Imperii aut quibuscunque conventibus observandam legimus in *Instr. Pac. art. IV. §. de causa Badensi* &c. 26.

XXIX. Quæritur autem an contentio hæc sorte quoque dirimi possit? Electorem Saxoniae Consiliarios suos in Comitibus Ratisbonensibus Anno 1608. celebratis, ut hunc dirimendi modum proponerent, instruxisse, refert *Mylærus in tract. de jurib. princ. cap. 13.* Nec alienum fuisse ab hac sententia ipsum Imperatorem constat ex propositione, Imperatoris nomine die 12. Jan. anno 1608. in iisdem Comitibus factâ, ubi Statuum deliberationi propositum: **Obs nicht darhin zu bringen wäre / daß vielberührte Session-Streit einem unverdächtigen Loß vertrauet würden / und was hierdurch das Glück gebe / jedes Theil damit vergnüget bliebe / das gereichte keinem zu einiger Verfleinerung / wie etwan judicialis definitio dahin verstanden und aufgenommen werden könnte / und dem gemeinen Wesen beschehe das mit würcklicher Nutz und Frommen.** Sed hucusque nihil in hac causa decisum esse novissimus docet *Recess. de an. 1654. §.* Als sich auch bey gegenwärtiger 196. ibi: **Und seynd wir des gnädigsten Erbietens / nach Befindung eines jeden Berechtigten / Sie wegen solcher Irrung der Session auf ziemliche leidliche Wege zu vereinigen und zu vertragen / oder**  

C 2

sonsten

sonsten nach Billigkeit der Sachen zu entscheiden. Ratio-  
nem autem non secuta: haftenus Imperatoria decisionis  
icidem licet cernere ex modo allegata Propositione Cas-  
rea 12. Jan. Anno 1608. facta sequenti tenore: Ihr: Käys.  
Maj. begehren / dieweil man bey dem Reichs Hofrath nicht  
gewissen und vollkommentlichen Bericht finden kan / was  
alles vor Session-Streit unter den Ständen seyen / und wie  
weit man in denen vor Ihrer Majest. schwebenden Proces-  
sen verfahren / es wollen / die bey diesen Streitigkeiten inter-  
essirte Chur-Fürsten und Stände / oder dero Rätthe / Boten  
schafften und Gesandte Ihrer Käys. Majest. eine voranläs-  
sige information hierüber mittheilen / *Limn. de J. P. ad lib.*  
*4. c. 9. n. 103.*

XXX. Hinc resultat quaestio, ad quem hujus contro-  
versiae spectet decisio, an ad Imperatorem solum, exclusis  
Statibus, an verò ad Status simul? Ad Imperatorem eam  
solum pertinere indubitati juris est, & elucescit aus der  
Chur-Fürsten / Fürsten und gemeiner Stände erster Relati-  
on und Antwort auf dem Reichs-Tag zu Augspurg Anno  
1566. die Erkänntniß zwischen den Ständen so der Session  
halber strittig / hanget der Käyserl. Hoheit an / und ist Ihrer  
Maj. als dem Oberhaupt allein zuständig / *Limn. l. c. nec mi-  
nus ex Rec. Imp. de Anno 1576. §. Wann dann die Churfürstl.  
Rätthe. iii. ibi: Weilt uns über solche Sachen vermög  
Spererischen Reichs-Abschieds zuerkennen gänzlichem heim-  
gestellt. Neque movet, quod Limn. lib. 2. c. 9. n. 92. in con-  
trarium attulit ex *ix. R. I. de Anno 1500. tit. Wie die Irrung  
der Session &c. §. Non quidem negaverim Imperatorem  
olim cumulativè tantum super hac causa cognovisse, se-  
quentibus autem temporibus Status huic juri ultrò quasi  
renunciâsse, illudque adeò Imperatori privativè videri  
competere, cernere licet ex d. §. allegat. Recess.* Dieweil diese  
streitig*



streitige Session-Sachen dermassen beschaffen / daß dieselbige  
 ge mehrern Theils die Chur und Fürsten / so einander ver-  
 wandt und befreundt / mit belangen thäten / darum Ihnen  
 nicht gebühren wollen / derselben Relation und decision bey-  
 zuwohnen / und daß nicht allein verdacht vorzukommen / son-  
 dern auch / weiln sie mit Relaxirung Ihrer Eyd nicht darzu  
 qualificirt &c. *Quamvis Casus aere Majestas in Comitibus Ra-  
 tisbonæ anno 1641. habitis, hæc controversias cum con-  
 silio Electorum Principum cæterorumque Imperii Sta-  
 tuum decidere maluerit, referent Auth. Comitior. part. 3.  
 dis. 3. n. 42. quem citat Dn. Myler in tract. de Princ. & Stat.  
 Imp. cap. 11.*

XXXI. Decurro nunc recto tramite ad ipsa Circularia  
 negotia, & imprimis ad ea, quæ Constitutionem Pacis pu-  
 blicæ ejusque executionem concernunt. Circa hunc  
 securitatis punctum omnem moverunt lapidem Impera-  
 tor & Imperii Proceres, communiq; consensu [ ut  
 priores aliquot taceam ] Anno 1555. sanxerunt ordinatio-  
 nem, eamq; in annis 1559. 1564. 1566. 1570. 1576. 1582. & 1594.  
 repetitam variè emendârunt, & sic utilissimis auctam mo-  
 nitis postea in anno 1654. pro infallibili norma, nervo ac  
 custodia libertatis & tranquillitatis publicæ ab omnibus  
 habendam esse voluerunt. *Rec. Imp. de An. 1654. §. Nach-  
 dem auch Chur, Fürsten und Ständ /c. 178.*

XXXII. Cui Constitutioni originem dedere variæ tam  
 inter externos, quàm inter ipsos Imperii status ortæ hosti-  
 stilitates, quæ universam hanc Imperii molem facilimo  
 ausu concutere potuissent, nisi prudenti consilio & re-  
 medio sagaci fuisset provisum; Quapropter, ad quietem  
 publicam Reipubl. Germanicæ constituendam, & aver-  
 runcandas à Patria calamitates publicas, Imperator & Im-  
 perii Ordines cogitarunt de mediis, quibus publica pax



firmiter stabiliri & adversus quosvis hostium insultus tu-  
ta persistere possit. *Käyserl. Landfried zu Augsp. de An. 1548.*  
*in proem. §. Als weyland Käyser/rc. 1. R. I. de An. 1555. §.*  
*Und haben demnach/rc. 2.*

XXXIII. Ad quam stabiliendam ejusque Executionem  
seriò promovendam peculiaris insuper introducta est  
Constitutio, vulgò eine *Krånß: Verfassung*/de qua in th. II.  
dictum fuit; In hac continentur ea, quæ ad executionem  
Circularium actionum spectant, ibique speciatim agitur  
tum de personis, per quas executio est paranda, deque  
earum electione, numero, potestate & officiis, tum de re-  
bus, sine quibus neque fieri, neque subsistere potest execu-  
tio uti sunt apparatus bellici, armamentariorum scil. in-  
quo ad certum numerum equitum peditumvè tela & ar-  
ma, itemque tormenta machinæ & pulvis tormentarius  
& quæ talia armandis viribus apta, ex præparato sint dispo-  
sita.

XXXIV. Ac eum in finem, ut ea omnia quæ in tali  
ordinatione tam pacis publicæ quàm reliquarum actio-  
num Circularium *der Krånß: Verfassung*/ comprehensa,  
eò melius executioni demandari queant, ultra Circulo-  
rum Directores, die *Krånß: ausschreibende Fürsten* etiam  
Dux vel Capitaneus Circuli, vulgò ein *Krånß: Obrister*  
constitui solet. Neutiquam itaque confundendus ein  
*Krånß: Obrister* mit einem *Krånß: ausschreibenden Fürsten*/  
officium enim eines ausschreibenden Fürsten ab officio des  
*Krånß: Obristen* planè separatum est, nec cum eo confun-  
di debet, prout illud confundunt *Arumans de Comitibus. c. 2.*  
*n. 42. & Beckhers in Synops Jur. publ. lib. m. 4. c. 1. §. 18. Vid. Dr.*  
*Myler. in addit. ad Rumelin. in A. B. part. 2. dissert. 3. th. 28.* Va-  
riæ enim inter has personas sunt differentiæ; ejusmodi  
quippe Dux vel Capitaneus ab omnibus Circuli Statibus est  
eligen-

eligendus, quod de Circulorum Directoribus dici non potest, quibus officium illud competit jure successionis; Deinde Directores creduntur perpetui; Duces vero exautorari vel removeri posse, constat ex R. I. de An. 1555. §. Neben dem soll es auch jederzeit/ 2c. 74. [3.] Dux Circuli obstringitur Statibus singulari jurejurando, secus autem Directores quibus officium absque nexu jurisjurandi relinquatur. *Speidel. in voc. Kranzß.*

XXXV. Quibus præmissis inanis est quæstio, quæ à quibusdam vertitur: An Capitaneus vel Duci Circuli jus convocandi Circulum competat? Supra namq; ostensum fuit, Directores & Duces Circulorum planè distinctas esse personas, nec invicem confundendas, propriumque Directorum officium esse convocandi Status Circulares unde & nomen der Kranzß ausschreibenden Fürsten eosdem mereri. Aliud tamen dicendum foret, si cui simul Directoris & Ducis commissum esset officium, quod utrumque bene concurrere potest, *per text. d. Rec. Imp. de An. 1555. §.* Und damit obgesetzte Ordnung/ 2c. 56. Ibi: Entweder einen Fürsten/ der den Kranzß zu beschreiben/ oder einen andern fürnehmen Stand aus demselben Kranzß/ 2c. Interim tamen convocatio das Ausschreiben/ non ratione des Kranzßs/ sondern des Fürsten Amt/ sed solum intuitu Directorii fieret, *Speid. in voc. Kranzß.*

XXXVI. Arbitrio autem Statuum relictum est, sive quendam ex Directoribus, sive Electorem, aliumve eminentioris dignitatis ejusdem Circuli Statum, aut si horum copia haberi nequeat, aliam personam rebus gerendis idoneam Statibusque acceptam in Ducem eligere. R. I. de An. 1555. §. Und damit obgesetzte Ordnung/ 2c. 56. Electus ita in Ducem Circuli Status, sive Director sit, sive Electorali dignitati fulgeat, nam & Electorem hoc munus subire posse

posse constat ex §. Und auf den Fall/2c. 57. vel Principali, officio suo sine stipendio, boni publici causa præesse, extraneus verò mercede à Statibus conducitur debet, d. §. 57. Et si per Electores vel Principes Ducis officio adhibitos steterit, quo minus muneri suo præesse possent aut vellent, cautum est, ut alium virtute aut prudentia bellica satis instructum sibi substituant, juratoque promittant, se Paci publicæ per omnia & in omnibus consulendo, æqualitatem inter ordines servando, Circuliq; subsidia, non in rem suam, sed publicam convertendo, omnem operam duros; hac servatâ tamen distinctione, ut Principali dignitate fulgentes, corporalis juramenti præstatione remissa, bey Fürstl. Ehren/wahren Worten / Trauen und Glauben promitterent, cæteri verò solennis jurisjurandi vinculo sese Circulo devincirent. d. Rec. §. Und da ein Churfürst/2c. 58. Antequam verò sese obstringant Circulo, necessum est, eos, quibuscunq; etiam sint obligati omnibus omnino aliis juramentis & nexibus, nisi qua Cæsari & Imperio obstricti, exsolutos esse, quibus impediri possent, quo minus hoc Circuli munus expediant; In casibus tamen administrationem hujus officii non concernentibus liceat illis datam aliis servare fidem d. Rec. §. Und sollen die Zehnten/2c. 59.

XXXVII. Præterea Circuli Duci suo adjungunt alios, qui Zugeordnete vocantur, inter quos unus, qui dicitur, ein Nachgeordneter. Horum officium est consultare unâ cum Duce super Circuli negotiis, unde & olim consilarii Ducis vel Capitanei sunt vocati, Erklärung des Landfrieds des An. 1522. tit. 3. & tam arctè cum Ducis officio conjunctum, ut ferè semper in Imperii Recessibus cum Duce in expediendis concurrat negotiis. Partes verò eines Nachgeordneten sunt: Ut si quando Dux adversus ejusdem aut alterius Cir-



Circuli Statum arma movere, aut quocunque modo pacem publicam turbare præsumserit, sive etiam ad requisitionem Statuum aliorumvé Ducum officium suum neglexerit aut peregrè profectus seu morte præpeditus fuerit, unde turbatoribus quietis publicæ maxima præberetur peccandi illecebra, ut, inquam, hoc emergente casu unus Adjunctorum illius subeat munus quemvé ab initio, Statim Duci substituisse ipsa Circuli poscet utilitas. *d. Rec. §. Wo sich auch zutrüge / 2c. 76. Rec. Imp. de An. 1654. §. Und wann der Crantz Obrister 2c. 179.* Similiter obtinet in Adjunctis, ut si unus vel alter horum in vivis esse, aut aliàs suo muneri præesse desierit, Dux cum cæteris usque dum alii substituantur illorum partes expleat *d. Rec. §. Und ob ein ner der zugcordneten / 2c. 76. Sin. & hi Officio suo deesse visi fuerint, licebit alterius Circuli Duci ejusque Adjunctis, quorum proximus ardet paries, ad propulanda pericula vicinos evocare Circulos. R. J. de an. 1566. §. der Disposition des versiculs, &c. 19.*

XXXIX. Eadem verò in Adjunctis obtinet dispositio, quæ in Ducibus; Ad hoc munus enim adhiberi possunt non minus Electores, quàm alii, puta illius Circuli, Principes, qui tamen huic officio gratis præesse tenentur, hoc servato discrimine, ut Prælati, Comitibus, itemque Baronibus & Civitatibus de mercede aliqua pacisci liceat. *d. R. §. Und auf den Fall / 2c. 57.* Idem dicendum de jurisjurandi præstatione, quæ similiter Adjunctis, si Principes fuerint, remittitur, reliqui verò inferioris ordinis juratò promittunt, quod antea de Ducibus dictum fuit. Pariter statutum, ut priusquam Circulo obligentur, omnibus aliis fidei nexibus sint liberati, solo vinculo, quo Cæsari & Imperio sunt obstricti, subsistente. *d. Rec. §. Und sollen die jenigen. 59.*

XXXIX. Quod attinet numerum Adjunctorum, non

D

est res

est res expedita, Statuum utpote relicta arbitrio, nihil enim in d. Rec. determinatum, sed dispositum, tot esse eligendos, quotquot necessarii Statibus fuerint visi d. R. §. Und damit obgesetzte 56. Hinc controversias esse ortas in conventibus Circularibus, patet ex actis Conventus Circuli Franconiae, anno 1556. Rotenburgi mense Januario habiti, ubi de paritate adjunctorum Ecclesiastici & Politici ordinis introducenda disputatum fuit, & tandem decisum, ut quinque, duo scil. ex Ordine Ecclesiastico, tres ex Politico eligerentur. *Limn. in addit. ad lib. 1. c. 7. n. 32.* Quamquam in quibusdam Circulis aliud obtineat, ubi nimirum octo, septem, sex, quinque non pauciores tamen sunt constituti, prout modo citatus *Limn. testatur ex dictis Actis conventus Franconici. loc. cit.*

X L. Nunc de Ducum Adjunctorumque dicendum erit officio; Ex illis celebriora sunt illa duo priora membra, quae supra in th. II. uti principaliora constitui, cura scil. & defensio Pacis publicae, atque executio justitiae, circa quae cum maxime occupata sint Ducum Adjunctorumque munia, ideo haec tractationi illorum includam. Et quidem unicuique Duci ejusque Adjunctis demandata est cura tranquillitatis in suo Circulo servandae, ut si quando compererint militum concursus fieri in Circulo, ex templo invicem commonentes conveniant & deliberent, quo modo imminetia pericula averti possint, simul de modo auxiliorum statuunt, eaque exigant à Circuli Ordinibus. Rec. Imp. de Anno. 1555. §. Und soll der gesetzte Obrister/2c. 60. Si vis autem major ingruet, proximorum duorum Circulorum Duces & Adjunctos evocare. d. R. §. Im Fall aber/2c. 62. Necessitate urgente alios duos prioribus contiguos adhibere, consiliumque capere licebit. d. R. I. §. Wo nun dieser/2c. 63.

XLI. Et

XLI. Et hoc casu ad expedienda citius negotia, Duces Circulares & Adjuncti, absentibus etiam quibusdam Adjunctis consultare possunt, dummodò non minus quàm ex singulis Circulis tres adsint, quo casu, quod majori parti placuerit, perinde ac si omnes approbassent ratum erit. *d. Rec. §. und damit die Obristen / re. 69.* In horum verò conventu is, qui ceteros evocavit, Directoris fungitur partibus, agenda enim proponit, sententias rogat, & suam ultimò subjungit; in Exercitu ducendo, hostilique conflictu. Imperatoris munus obit, ejusque jussa tanquam superioris reliqui Duces comiter exequuntur, neutiquam vero potestas data sine reliquorù consilio & auctoritate quidpiam statuendi. *d. R. §. Alsdann ferner die Nothdurfft / re. 77.* Multò minus superioritatem in Circuli status & auctoritatem præter eam, quæ hac constitutione defertur sibi vindicandi. *d. R. §. Und obwohl wie obgemeldet / re. 73.* Ubi etiam notandum Circuli Status posse quandocunque libuerit Duces dimittere officio, hos verò sese spontè abdicare, dummodò non intra annum suscepti muneris, sed sex antè mensibus fiat resignatio. *d. R. §. neben dem / re. & seq.*

XLII. Quod si verò graves adeò motus orientur in Imperio, quibus comprimendis trium vel quinque Circulorum vires non suffecturæ, sed omnium Circulorum evocanda existimentur auxilia, Circulorum Duces, unà cum Adjunctis rem totam Electori Moguntino scriptis exponunt, cui tanquam Imperii Archicancellario, nomine Imperatoris Principes & Ordines Deputatos Francofurtum convocandi & de summa rei deliberandi commissum est officium. *d. R. de an. 1555. §. So sich dann abermahls re / 65.* Cujus conventus Origo cæpit in Comitibus de an. 1555. occasione Ordinationis, quam vocant, Executoria, su-

defendenda pace publica, profana ac religiosa sancitæ, d. §. Ubi certis Deputatis hoc negotium publica defensionis in casu memorato legitur delatum. Postea An. 1559. in Comitibus Augustanis munus illud factum est hereditarium, teste Rec. ejusdem anni. §. Auf dasß dann diffals. 50. numerusque Deputatorum auctus d. §. Auf dasß dann ic. 50. juncto Rec. de an. 1570. §. Und damit solche wichtige ic. 10. Cùm autem juxta Instr. P. art. V. §. in Conventibus 50. Deputatorum numerus ex utriusque Religionis Proceribus adæquandus & sequentibus Comitibus relictus esset, res ad effectum deducta, per R. J. de an. 1654. Und diaweil 194. & sequentes constituti: (1.) sc. Imperatoris Commissarius. (2.) totum Electorale Collegium. (3.) Tredecim Principes Imperii, quorum tres Ecclesiastici, nempe Episcopus Herbipolitanus, Constantiensis, & Monasteriensis: Decem seculares, sc. Archidux Austria, Dux Burgundia, Dux Bavaria, Dux Brunovicensis, Dux Pomerania, Landgravius Hassia, Dux Saxo-Altenburgicus, Marchio Brandenburg-Culmbacensis, Megapolitanus & Würtembergicus: (4.) Unicus Abbas Weingartensis, qui scanno Suevico solet assidere, (5.) Duo Comites Fürstenbergicus, & unus ex Wetteravicis. (6.) Sex Urbes Imperiales, nempe Colonia, Norimberga, Aquisgranum, Uberlinga, Argentina & Ratisbona. v. Excellentissimus Jctus Dn. Textor in disput. ad R. N. I. th. 8. 9. & 10.

XLIII. Sin omnium Circulorum auxilia nec quicquam suppetant, Electores, Deputatiq; ordinum porro à Casare consilium poscunt, ut si necessum fore Electores animadvertent, Imperii Comitia sine mora indici possint. d. R. de An. 1555. §. Und so abermahls / ic. 67. Omnibus Circulorum armis sic evocatis integrum erit Imperatori Ordinibusque deputatis iis præficere Imperatorem d. R. de Ann. 1555. §. Da aber 78.

XLIV.





XLIV. Expediendorum autem subsidiorum per Circulos hic modus servatur: Ordines à Duce moniti quisque suum equitum peditumq; numerum in matricula Imperii præscriptum sine mora ad locum à Duce destinatum mittere, neutiquam verò supra modum portionis simplicis sibi competentis absque Electorum & Deputatorum Ordinum de super facta conventionne gravari debent *d. R. S. ferner als hievor / r. 79.*

XLV. Quod quisque igitur Status Circularibus subsidiis impenderit, id omne à subditis suis repercere potest, non tamen ultra modum præstiti oneris, quem subditis præsignificare debet, qui si immorigeri fuerint, contra illos Fiscalis Camera agit *d. R. S. Diweil nun diese Hülf / r. 81.*

XLVI. Quilibet etiam Circulus Ductores ordinum conducere eosque publico debet alere stipendio, & quicquid in hos, conventusque, aliasve Circuli necessitates erogatur, id omne statuum imputatur contributionibus. *d. Rec. S. Alsdann zu Berrichtung / r. 85. Ubi tamen notandum, unius Circuli expeditionem privatis ejusdem ordinum, fieri sumtibus, trium verò, quinque, vel plurium, imò omnium, totius Imperii collatione sustentari. d. Rec. S. Wo sich dann 87. & seq. S. ferner da sich die Sachen / r. 90. & seq.*

XLVII. Si qui verò Status à Duce moniti partem suam militiae non miserint, ipsi Duces & adiuncti eam supplere, morosi verò sumtus erogatos cum omni damno refundere debent, ipsis Circularibus, quibus mora hæc fraudi fuit, nihilofecius indemnitate præstatione servata, Ducibus insuper & Adjunctis hac potestate commissa, ut contumaces coram se ad causam dicendam citare, & si causa minus fuerint relevantes, in eos quod æquum videbitur de sen-

rentia Cæsaris statuere possint. *R. I. de An. 1566. §. Dem Ver-  
sicul ferner/nc. 23. & seq.* Idem obtinet in Duce & Adjun-  
ctis contra quos pariter si morosi extiterint, procedi po-  
test, *a. R. de An. 1555. §. gleicher Gestalt/nc. 98.* Et hæc de præ-  
cipuis Adjunctorum officiis dixisse sufficiat singula enim  
tangere instituti non sinit ratio.

XLVIII. Alterum succedit membrum, Justitiæ scilicet  
Executio, quæ non tantùm ob causam contumaciæ, ve-  
rùm etiam proscriptionis & Banni ab Imp. vel Camera  
Imperiali uni aut pluribus Circulis demandatur. Sole-  
bant verò antehac secundùm *Ordin. Cam. p. 3. t. 48.* ad im-  
plorationem partis victricis contra victam à Camera Im-  
per. executoriales sub comminatione pœnæ ad paren-  
dum sententiæ post sententiam definitivam, seorsim de-  
cerni, quibus emissis docere pars victa debebat, in termi-  
no præfixo de facta paritione; quod si in termino non pa-  
ruit, Camera ad petitionem Victoris arctiores executoria-  
les sub pœna banni decrevit cum citatione ad videndum,  
& audiendum se declarari in pœnam mandati & banni, vel  
causas allegandum in termino præstituto, cur non fuerit  
parendum. Sed hodiè secundùm dispositionem *Rec.  
Imp. de an. 1654.* ad præcidendas usitatorum hæctenus in-  
puncto Executionis Processuum ambages, vel in omni-  
bus causis, in quibus executio necessaria, ipsi senten-  
tiæ definitivæ, præfixo aliquo laxiori termino annectun-  
tur sub pœna executoriales cum comminatione realis  
executionis. *§. Damit auch/nc. 159.* Si verò condemnatus in  
termino præfixo sententiæ non pareat, in pœnam execu-  
torialium cum expensis declaratur, & sententia tam in-  
principali, quàm in puncto pœnæ executioni Magistratus  
vel Directoribus Circuli, in quo larem fovet vel bona pos-  
sidet victus, per mandata ad exequendum demandatur,  
Excel-

*Excellentiss. Dn. Textor in disp. 7. ad R. l. N. 1b. 64.* Casu quo ipsius Executoris intererit, aut aliaæ prægnantes rationes obstiterint, tunc executio alterius cuiusdam vel plurium Circulorum Directoribus imponitur, qui executionem serio promoveretentur. *d. Ret. §. In welchen Termin / 2c. 150.*

XLIX. Si quis verò executioni intentatæ quovis modo resistere audeat, is ipso facto pœnam banni incurrit, & adversus illum Judex Camerae ad Implorationem Fiscalis Cæsarei summarie ad declarationem pœnæ banni procedit, nihil secius unius Circuli, vel plurium executione in eum parata. *R. l. de An. 1654. §. wegen des modi exequendi, &c. 15. junct. §. Ob sich aber / 2c. 161.*

L. Eadem quoque viâ contra proscriptos ex causa fractæ pacis secundum *Ordin. Cam. p. 3. t. 49.* proceditur: Magistratus enim, si reus præsto sit, non solum in ejus personam, verum etiam in bona executionem faciunt, suo tamen sumtu, sine dispendio Victoris. Si magistratus recusaverit, parti victrici vel Fiscalis ad pœnam mandati processus à Camera decernitur, & simul illius Circuli Duci & Adjunctis eadem Executio [ quæ tamen limites mandati Cameralis non excedere debet ] demandatur. Causæ verò protrahendæ executionis nulla admittuntur, nisi satis relevantes, si scilicet executio sit paranda in universitatem quandam aut Civitatem, quæ viribus nimium potens, aut si bannitus private etiam conditionis tantis cinctus sit præfidiis, ut executio absque ingenti damno fieri nequeat, his igitur casibus viciniore Circulo aut pluribus proximè adjacentibus est executio imperanda, sin plurium auxilio opus fore judicatum fuerit, causa ad Deputatorum Comitiam referenda.

LI. Executione peractâ captisque proscripti bonis parti victri-

si victrici expensæ cum parte pœnæ præstantur absque  
sumtuum imputatione, quæ supererint ab Executoribus  
possidentur retento usufructu, usque dum proscriptus à  
banno absolutus, sumtus in Executionem factos cum pœ-  
nis restituat. Casu autem quo bona proscriptorum sumti-  
bus refundendis vel minus suffecerint, aut nihil planè su-  
per fuerit, æquis partibus contributiones omnibus Circu-  
lis imponuntur, Fiscali adversus contumaces in Camera a-  
gente *Ord. Cam. l. c.*

LII. Venio ad III. Membrum Contributionum scilicet  
sive matriculæ Imperialis moderationem. De hujus ne-  
gotii decisione hætenus suspensa singulis ferè Comitibus  
multi Status acriter conquesti sunt, remissionem earum  
efflagitantes. Tentata quidem decisio fuit, non verò se-  
cuta, cœu percipere licet *ex R. I. de An. 1654. §. Damit aber  
auch. 195. Ubi tota negotii decisio dispositioni Recessus  
Imperii de Anno 1582. commissa. De qua vid. d. Rec. §. Ses-  
sen/ordnen darauf 51. & seqq.* quo me etiam remitto, ali-  
qua tantum notari velim; in quolibet Circulo, ubi in-  
quisitio in causis moderationis matriculæ necessaria vide-  
bitur, conventus institui, & simul certos inquisitores, qui  
de causis gravaminum cognoscunt, easq; aliis deputatis  
moderatoribus decidendas relinquunt. Hi in loco ad  
hoc destinato communibus cujusq; Circuli sumtibus con-  
veniunt de que causis ex æquo & bono cognoscunt. *d. Rec.  
§. Und dann was 55.* Causæ autem, ut quis moderatio-  
nem mereatur, debent esse relevantes, qualis est: si quis  
territorium aliquod hostiliter vel alio quocunque modo  
amiserit, aut aliàs insignem calamitatem perpessus fuerit:  
hoc casu meritò pro rata bonorum amissorum modera-  
tio ex æquo & bono erit facienda. Quod si unus vel al-  
ter Statuum per sententiam moderatorum in hoc nego-  
tio

tio se gravatum sentiat, integrum ei est ad Deputatorum provocare Comitiam: omni dehinc ulterius provocandi via præclusa d. Rec. §. *Im Fall daß* 57. & seq. Moderatores verò ad minimum duo, peculiari mandato ad hoc instructi à singulis deputatis ordinibus constitui, homagiiq; tam officialis quàm feudalis nexibus exsolvi debent, ut negotium omni sinistra opinionis nota careat, deinde singularis juramenti obstringendi vinculo, si verò, qui inquisitoris antea aut testis vel Advocati partes obiere in eodem negotio moderatoris munere fungi prohibentur d. Rec. §. *Damit aber auf fünffstigen* 69. & seq. Formulam juramenti ut & mandati vide sis *ad fin. d. Rec. sub lit. A. & B.*

LIII. Dixide matricula, quæ est Imperii Catalogus, in quem nomina Statuum Imperii solenniter relata, & in quo quantum cuique horum Imperii necessitatibus contribuere conveniens sit, expressum legitur, *Limn. lib. 1. de J. Publ. c. 7. n. 66.* Harum variæ sunt: Antiquissimam Norimbergæ confectam anno 1431. ab Imperatore Sigismundo, ait Goldastus *de Regn. Bohem. lib. 2. c. 17. n. 2. Meichsner. tom. 3. dec. 6.* confectam scribit sub Friderico III. in Comitibus Norimbergenfibus an 1467. sed Vietor *de caus. exemt. concl. 5.* antiquioris meminit. de an. sc. 1397. nec dubitat *Limn. l. cit. n. 69.* de antiquioribus, secutusq; Meichsnerum, Vietorem & Goldastum complures alias enumerat, quas nunc recensere supersedeo. Ex hac varietate & discrepantia dubium oritur: cuiam matriculæ in causarum decisionibus inhaerendum? Anxiè de hac re disputatum fuit in causa *der Fürsten von Braunschweig / contra die Stade Braunschweig*; Hæc ad vetustiores quibus inscripta dignoscitur provocabat matriculas; Illi contra noviores allegabant, in quibus omissa. Ad hoc discutiendum Imperator & Imperii Proceres introduxere matriculam An.

1521. WORMATIÆ confectam, illamque pro norma votandi & decidendi à Statibus haberi voluerunt, donec moderatorum emendetur iudicio; Prout dispositum in Receptis Imp. de anno 1551. §. Nachdem auch auf angeführten 63. Rec. Imp. de Anno 1576. & 1582. §. Wann auch zu Franckfurth. 99. & 64. nec non R. I. de anno 1594. §. Wann auch bey vorriger/2c. 120.

LIV. Progredior ad IV. Curam scilicet monetæ publicæ. Hoc negotium tanti momenti vilum fuit, ut Imperator Anno 1603. omnium Circulorum Conventum, propterea instituendum esse iudicaverit. Receptis Imp. de Anno 1603. §. Worauß wir al: dann/2c. 52. Alias quotannis bis vel semel, prout exegerit necessitas à Circulorum Directoribus conventus institui debent, qui exploratorum vocantur, vulgò Münß Probations Tage/Kaysers Ferdin. Münß-Ordnung de An. 1559. §. Und damit diese unsere/2c. 158. quod etiam observatur à Circulis quibusdam sibi contiguis, qui similiter quotannis monetæ probandæ causâ conveniunt, vel alias invicem de eodem negotio correspondent, unde nomen der Correspondirenden Krays ortum est, qui in tres distributi classes, in una sunt Electoralis, Rhenanus superior & Westphalicus; in altera: Circulus Saxonicus superior & inferior (cui tamen integrum esse debet, seine alte Correspondenz mit dem Westphälischen Krays zu continiren) in tertia Franconia, Bavaria & Suevia correspondent Circuli. *Limn. in addit. J. P. ad l. 9. c. 1. n. 242.*

LV. In quolibet etiam Circulo constituti sunt monetarum Inspectores, vulgò Wardeln qui toti Circulo sunt obstricti, horum officium est monetas explorare & inquirere in officinas statuum privatas, vulgò Hecken Münßgen/qua magnam sanè injuriam Reipubl. inferunt, cum non

non solum monetæ depravatio inde proveniat, verum etiam ob ejusmodi officinarum multitudinem confusio metallorum, quæ Reipubl. pariter perniciosissima est, eò magis metuenda sit. Quapropter unanimi Procerum consilio cautum, ne in singulis Imperii Circulis plures, quàm tres vel quatuor communes & publicæ extent officinæ, in quibus moneta cudatur, nevé iis, qui hoc Regali gaudent, ullas alias singulares habere liceat, præter eos, quos metallifodinas possidere constat. R. I. de An. 1570. §. und die weil man 133.

LVI. Cæterum expressis Imperii constitutionum verbis sancitum, ne quis jus cudendæ monetæ alteri locet, vendat, aliové modo concedat, aut pacta illicita de participando lucro contrahat, sed ut quisque suo sumtu signet pecuniam, qui contravenerint gratia Casarea jureq; monetæ excidant, conductores quoque solvant poenam decem marcarum auri. R. I. de An. 1559. §. Ferner als sich auch 175. & seqq. Rec. I. de An. 1570. §. Alsdann auch / 20. 132. Ubi Imperat. Maximilianus II. ait. Die Münz-Gerechtigkeits ist kein mercant/sondern unser Kaysertlich Regal so die Münz-Stände aus unserm sondern Vertrauen nicht zu ihren selbstgesuchten Vortheil/sondern wie wir selbst dem H. Reich zu Ehren und Wohlfahrt brauchen sollen / 20. Ratio prohibitionis est in summa Reipubl. utilitate quæ aliàs maximum ex hisce locationibus & concessionibus passura esset detrimentum d. §. Ferner als sich auch / 20. Conductores enim, ejusmodi, maximè si privati sint, omnes excogitent fraudis vias, quibus opes conquirere possent, & sic remnumariam Reipubl. & hominum societati utilissimam in gravissimam Reipubl. converterent fraudem. Huc etiam respexisse videntur Status Rhenani Circuli, im Münz-Bedenken/de dato Bacharach d. 14. Jul. 1607. daß nemlich

eine Zeithero mit dem Regal des Münzens öffentliche Hand-  
thierung getrieben/und den Herrschafften durch eigennützig  
und Geltgeizige Leute eingebildet worden/ ob solte dadurch  
Gewinn und Vortheil zu erlangen seyn / da gerad im Ge-  
genspiel Herrn und Unterthanen und derselben Einkommen  
und Vermögen hierdurch verzehret worden/ *re. Vid. Speid. in  
voc. Münz.*

LVII. Restat V. & ultimum membrum, Inquisitio scil.  
in nova vectigalia & vetera aucta. Quæ nova erigere, ve-  
teraque augere nulli omnino in Imperio Germanico absq;  
speciali Imperatoris & Electorum concessione licet, indeq;  
sancitum est ut omnes omnino Circuli Status non tantum  
in suis, verum etiam vicinis Circulis exactè inquirant in  
ejusmodi vectigalia, quæ si compererint, ad Deputato-  
rum Ordinum Comitia deferre tenebuntur. *R. I. de Anno  
1576. §. Derhalben damit in diesem/ re. 118.*

LVIII. His coronidis loco, cum mentio jurium anne-  
xorū facta sit subjungam Jus præsentandi Assessores Came-  
ræ Imperialis, quod paucis attingam. Hoc jus olim sex tan-  
tum competebat Circulis: Franconico scil. Bavarico, Sue-  
vico, Rhenano, Westphalico & Saxonico, quorum singuli  
duos præsentabant. *Ord. Cam. p. 1. 1. 2.* Crescente verò indi-  
ces litium & controversiarum multitudine coepit quoque  
augeri Assessorum numerus, Circulisque data potestas tres  
præsentandi. *An. 1566. §. Und sollen unsere / re. 75.* Et de-  
nique quatuor *R. I. de An. 1570. §. Nämlich wollen wir/ re. 51.*  
Hodiè secundum Instrum. Pac. placuit præter Judicem &  
quatuor Præsides, & quidem duos horum ex Augustana  
Confessione à sola Cæsarea Majestate constituendos nu-  
merum Assessorum Cameralium ad quinquaginta in uni-  
versum adaugeri, ita ut Catholici computatis duobus As-  
sessoribus Imperatoris præsentationi reservatis viginti  
sex,



sex, Augustanæ Confessionis viginti quatuor Assessores præsentare possint & teneantur, atque ex singulis Circulis mixtæ religionis non tantùm duos Catholicos sed etiam binos Augustanæ Confessionis addictos assumere & eligere fas sit. Ut autem modus tam ab Electoribus quàm Circulis in hoc præsentationis negotio observandus pateat, lubet illum apponere. I. itaque præsentant: Imperator duos Catholicos. II. Electores, Moguntinus scil. 2. Catholicos. Trevirensis, 2. Cathol. Coloniensis, 2. Cathol. Bavaricus, 2. Cathol. Saxonicus 2. Aug. Conf. Brandenburgicus, 2. Aug. Conf. vel Ref. Rel. Palatinus itidem 2. A. C. vel Ref. Rel. III. Circuli, quorum tamen novem tantùm præsentationis jus exercent: Austriacus, Cath. 2. Burgundicus Cath. 2. Bavaricus, Cath. 4. Franconicus Cath. 2. & A. C. 2. Suevicus C. 2. & A. C. 2. Rhenanus superior Cath. 2. & A. C. 2. Westphalicus Cath. 2. & A. C. 2. & hi quatuor Circuli [ Franc. Suevic. Rhen. Westphalicus ] alternando A. C. 1. Saxonicus superior A. C. 4. Saxonicus inferior A. C. 4 & hi duo Circuli alternando A. C. 1. *vid. Schema præsent. in Instr. Pac. art. 5. §. 56. & Rec. Imp. de An. 1654. §. Demnach auch/te. 169. Burgold. ad Instr. Pac. p. 2. discurs. 19.*

■ IX. Plura tangenda fuissent, præprimis in puncto executionis super defendenda pace publica, matriculæ item moderationis & emendandæ monetæ publicæ, nisi mox proditura super his negotiis sperarentur Imperii Conclusa, quæ omnes callentibus expectant Votis. Jam  
receptui cano, & tibi, ô æterni Patris æterna  
proles pro præstita ope laudes solvo  
maximas.





I.

**S**cribimus en paucis Tibi Funcki Carmina  
nostra

Et votum solitum Musa parata ferat

Dum scandis Cathedram meritos acquiris ho-

nores,

Hinc venient studiis commoda digna tuis.

Votivo calamo fecit

JOH. WOLFFG. TEXTOR, P. P.

p. t. jurid. Facult. Decan.



II.

**V**isa tibi rubeam Themis alma parare co-  
ronam

Funcki, quæ capiti parata locanda tuo,

Visa tibi viridem splendens victoria laurum

Adferre, ac rutilas docta Minerva rofas,

Adscendas igitur Cathedram victoria certò

Insequitur gressu, præmia digna feres,

Musa triumphatæ felicia præmia pugnae

Gestat, Fortunæ filius ipse clues!

Ita Clarissimo Dn. Candidato gratulabundus

hænotatur

SALOMON SYMPERTUS TEXTOR,

J. U. Doctorand. Consiliar. Hohenloic.

Ecce





III.

**E**cce novos fructus, en pignora pulchra la-  
 boris  
 FUNCKIA qua Virtus, Ingeniumq; parat.  
 Gratulor hinc, PER DOCTE, Tibi, DEUS au-  
 sa secundet,  
 Fama Tibi crescat sic HONOR adveniet.

Paucissimis hisce, Nobilissimo Dn. Doctoran-  
 do, Fautori ac Consalino suo honoratis-  
 simo, ex animo gratulari voluit

M. JOH. CASP. GRIEBNER.  
 Lips. J. U. Cand.



IV.

**A**Rma canant alia salii, jam scribere præstat  
 Carmen quò dignè grater, Amice, Tibi,  
 Dùm post tot tenus hac consumptos ritè labo-  
 res,  
 Ad requiem propius tendis adire Tuam.  
 Scilicet hos fructus studia indefessa relin-  
 quunt  
 Donat & Alma suis hæcce brabéa Themis.  
 His precor, insignes ut mox reddantur hono-  
 res,  
 Quos Doctorales dicere ubiq; solent.

Et





Et cum bella Tibi placeant, precor illa si-  
mulq;  
Non odiosa tamen, quæq; cruenta cluunt.  
Suavia sed quæ bellaq; sunt, Tibi bella, puel-  
lam  
Hanc puto, eamq; Tibi dulcis Amice pre-  
cor.

*Hisce paucis, Nobilissimo ac Clarissimo Domino  
Doctorando Commensali ac Amico suo lu-  
bens acclamare voluit.*

GOTHARDUS JOHANNES MARQUART,  
J. U. Cand.



V.

**P**Relia dic Thalia,  
Grata quæ Musis, placidè quæq; sunt cru-  
Sanguine non profuso. entq;  
Nempè certamen peragit quod benè Dispu-  
tando

FUNCKIUS eruditus  
Fure cui nuper data sunt nomina CANDIDATI.  
Hic parat omne bellum  
Provocans hostes, quibus ipse advenientibus,  
non  
Dux modò fortis adstat,  
Miles armatus sed & est, ferreus insimulq;  
Ob-





*Obvia tela eorum*

*Excipit dextrâ penitus profugit oppidò ho-  
stes,*

*Hostibus inde victis*

*Laureâ cinctus nitidum suscipiet Brabeum.*

*Prelia premia ampla*

*Sic reportabunt, meritos sedulitasq, Honores.*

*His Nobiliss. atque Clariss. Dn. Doctorando commen-  
sali hæctenus suo colendo de exantlatis jam felici-  
rer laboribus gratulari voluit, debuit*

**JUSTINIANUS Wolff / Naumb**

**J. U. Cand.**



**VI.**


**G** Audeat ut felix per Teutona regna vi-  
gentis

*Circulus Imperii Principe quisque suo,  
Dum doctè tradis, laus hinc tua crescit ab-  
undè,*

*Et sic pro meritis Te comitatur honos.*

*Nobiliss. & Clarissimo Dn. Candidato, Conterraneo atq,  
Consalino suo grat. exhibet*

**Joh. Georgius Fuchs, Ratisb.**



**VII.**

**T** Endo iter hinc, linquens Musas quas No-  
rica nutrit.

*Urbs præclara satis, que gravida est opibus.*

**F**

*Linguo*



Linguo vos etiam, precor ergo valete, SODALES,  
 Pergite ceu tenus hac usq; favere mihi.  
 At prius hinc abeam, restat conscribere versum  
 Votivum, grater quo bene, AMICE, TIBI.  
 Maeste novos Virtute Tua, cape dignus hono-  
 res!

*Opto fortunam quam cupis ut capias.*

Habes hic Nobilissime atq; Clarissime Domine CANDI-  
 DATE, Fautor atq; Consaline suavissime, votivum  
 calamum cum prolixo affectu Tui discedentis.

Johannis Christiani Krausen / Stendalia-  
 Palæo Marchici J. U. Stud.



VIII.

**D**um THEMIS alma TIBI meritos largitur honores,  
 Gratulor ex animo, Fausta que cuncta precor,  
*Nobilissimo Domino Doctorando, Amico &  
 Commensali suo desideratissimo, paucula hec  
 gr. tulabundus appon. deb.*

JUSTUS THEODORUS  
 Krauß / LL. Cult.



IX.

**B**ella magis Pacemne precor? Clarissime Funcki,  
 Ambo Patroni, Mars & Apollo tui.  
 In Studiis huc usque tuis sectatus es Artem  
 Seavius, hinc Themidos præmia summa capis.  
 Sg. nius, haud fallor, nec Tu sectabere Martem  
 Sic quondam & Martis præmia summa feres

*Premia*





*Premia tanta precor, credas, Tibi pectore toto,  
Et voveo, ut quondam Magnus utroque fies.*

Ita Nobilissimo atque Clarissimo Dn.

Candidato Fautori Amico atq; Commensali suo honoratissimo ex animo vover.

Adamus Thone Stendal.

Palæo Marchicus.



X.

**C**irculus Imperii quid sit dum differis aptè:  
Quid sint Conventus, quidque Diæta fiet:  
Quid Directores deceat vel tempore belli,  
Vel pacis, mirâ & ingenii & genii  
Dexteritate doces, summâ evolvisse Recessus  
Cunctos Imperii sedulitate probas;  
Gratulor ergo tibi, Fautor Clarissime, Funcki,  
De tantis Studiis, quæ tibi sarta parât,  
Tu cape sis, quam jam præbet Thernis alma, Coronam,  
Sicque precor: felix sit Tibi tantus honos.

*Hisce exiguis Clarissimo Domino Doctorando, Fautori, Commensali atque Amico plurimum honorando grat.*

Diet. Dieckhoff, Brem. L. L.

Stud.



XI.

**O** benè facta TIBI reddo per carmina votum  
Ex corde, ut faveat Diva benigna, scopo.  
Inveniatque labor susceptus præmia grata,  
Illustresque Tuam luce recente Domum.

Ita Nobilissimo Domino Doctorando Commensali ac Fautori suo honoratissimo observantiæ ergò congratulari voluit.

Mauritius Hieron. de Venne, Fürthensis.

F 2

XII. Sic



24 III 1857

Sic est, sic Cathedræ tendis succedere, Phoebi  
 Lustratis adytis exhibiturus opes  
 Legiferas. Sic est, Tritis Heliconis amœnis  
 Collibus, ostentas sedulitatis opus.  
 Sic est, immensi penetrasse volumina Juris  
 Iuvit, & Eunomias consuluisse Deas.  
 Inde benigna Tibi Pallas promittit in omnes  
 Eventus operam, præmia larga dabit.  
 Latificis igitur, ( sic comprecor ) utere fatis  
 Et frueri, ut votis rite fruare. Vale.

In debitam animi promptitudinem & perpetui favo-  
 ris incitamentum Nobiliss. Dn. Doctorando  
 Commensali ac Fautori suo.

s.  
 Johannes Wilhelmus Erhard,  
 Rotenb. Francus.

F I N I S.



Typis Viduae Joh. Leonhardi Winterbergeri, Universitatis  
 Typogr.





*N. M. II, 53.*

*h. 7, 22.*

DISPU

IMPE

EORU

BUS

VO

Dem Krey

PRÆSID

MAGNIF

IN INCLITA

SUMMOS IN  
VILEGIA

Soler

JOH. JO

ALIS

ILLIS

NTI-

OD

ten Amt.

MINE

MI JCTO.

DRFFINA

RES ET PRI-  
GITIME

nit

UNGER/

II R  
1854

